Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



461

dicamus: nam & de aliquibus hominibus solemus ita loqui. Bonus
homo est sed mala latera habet. Id est ipse quidem probitate
praestat. Sed malignis sunt quei coniuncti sunt; Latera ergo
aquilonis quia diabolo coherebant indeuenit & iste filius de quomodo
audiebamus. Quia mortuus erat & reuixit perierat & inuentus
est proficiscendo enim in longinquum & iam ad aquilonem peruenerat:
& ibi sicut audistis uni ex principibus regionis illius adhesserat;:
factus est ergo latus aquilonis adherendo principi illius regio
nis, sed quia ciuitas regis magni & ex latere aquilonis colligitur
reuersus ad se dixit. surgam & ibo ad patrem meum. & occur
rit ei pater qui dicit de illo. mortuus erat & reuixit perierat
& inuentus est. utrulus ille signatus lapis angularis. fuit
denique & maior filius qui aepulari nolebat exor tatus apare
ingressus est; & duo iam parietes tamquam illi duo filii
ad utrulum peruenientes. Ciuitatem regis magni fecerunt:
sequatur ergo iste psalmus & dicat; O si in domibus eius cognos
cetur: iam in domibus propter montes propter duos parietes.
propter duos filios si in domibus eius cognoscetur sed gratiam commendat
ideo addidit; Cum suscipiat eam: Nam quid esset ipsa ciuitas
nisi ille suscepisset eam non nestatim caderet Nisi tale
fundamentum haberet fundamentum enim aliud nemo potest
ponere praeter id quod positum est quod est xpsus ihs;: Nemo ergo
de suis mertis gloriatur sed qui gloriatur in dno gloriatur.
Quia tunc est illa magna ciuitas tunc in ea cognoscitur dns. cum
suscipiat eam: quomodo suscipit medicus aegrotum curando
non sicut est amandum si enim febrem odit medicus non amat
medicus aegrotum & amat medicus egrotum si egrotum
amat & semper aegrotum optaret rursus si aegrotum non ama
ret ad aegrotum non ueniret. sed amat aegrotum.
ut faciat sanum; suscipit ergo hanc ciuitatem dns & agnitus est.
in ea id est gratia ipsius cognita est. in illa ciuitate. qui aquid
quid habet illa ciuitas quae gloriatur in dno non habet de se
propter hoc enim dicitur quid enim habes quod non accepisti si autem
accepisti quid gloriaris quasi non accepis; O si in domibus eius
cognoscitur cum suscipiat eam; Q nim ecce reges terrae